



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Virgo Lavretana Commentariis Illvstrata Sive Compendiosa Explicatio Litaniarvm Lavretanarvm

Dript, Laurentius a

Nevhsii, 1673

Avgvstissimae, Potentissimae, Speciosissimae, Coeli, Terraeqve Reginæ Et
Imperatrici Mariæ, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-43641

AVGVSTISSIMAE, POTENTISSIMAE,
SPECIOSISSIMAE,
COELI, TERRAE QVE REGINÆ,
ET IMPERATRICI

M A R I Æ,

AB ÆTERNO ELECTÆ, ET OMNIBUS
PURIS CREATURIS PRÆELECTÆ,

I N

FILIAM ET COMPARENTALEM

DEI PATRIS

SANCTISSIMAM,

MATREM ET GENITRICEM

FILII DEI

DIGNISSIMAM,

S P O N S A M

SPIRITVS SANCTI

AMABILISSIMAM,

SS^{mæ} TRIADOS

TEMPLUM, AULAMQUE

DIVINISSIMAM,

TOTIUS CURIÆ TRIUMPHANTIS, MILITAN-
TIS, PURGANTIS, LÆTITIAM.

)(2

VIR.

VIRGINUM OMNIUM
PRIMICERIAE,

Sine semine gravida :

Sine dolore puerpera.

AURORAE,

Solem iustitiae praevienti :

SOLI,

Solem iustitiae parienti :

LUNAE,

In tenebris et umbra mortis peccatores illuminanti, trahenti, solanti.

MEDIATRICI

Deum inter & homines pijsissima.

Quae quasi nubes se soli iustitiae opponit, ut eius ardorem temperet.

PROFLIGATRICI

Heresum omnium invictissima.

DEBELLATRICI

Aërearum potestatum & principum tenebrarum victoriosissima.

Vastissimi ac procellosissimi maris mundani Cynosura.

BENE-

BENEFICIORUM,
ET
COELESTIUM GRATIARUM
Ad Nos
INCESSANTER DIMANANTIVM
CANALI AFFLVENTISSIMÆ,
Suorum Clientum et Amatorum
MATRI ET SPONSÆ
Dignantissima,

TE Tibi Cæli Imperatrix &
Regina, in facello Naza-
reno nunc Lauretano, olim à cæ-
lesti Paranymphe Gabriele Ar-
changelo, divino jussu salutata, à
Spiritu sancto virtute altissimi
obumbrante fœcundata, filio Dei
sine gravedine gravidata de post
in spelæo Bethleemitico è Virgine
Dei-hominis & per hoc totius ge-
neris humani Matre, aureis Laure-

) (3

tanis:

tanis encomijs, sed calamo indig-
ni peccatoris elucidatam, pro-
fundissimâ infrâ omnes creaturas
submissione offero : nec minus
throno gratiæ, sinui misericordiæ,
peccatorum omnium, & despe-
rantium asylo Tibi, me sisto: dum
diffidendum confidens, dum fu-
giendum cum tremore accedens,
dum desperandū sperans: Etiam si
enim occideris me sperabo in te,
hoc unum ex mellifluis tuo Ber-
nardo sciens, quod Tu peccato-
rem quantumlibet foetidum non
horres, non despicias, si ad te suspi-
raverit, tuumq; interventum pœ-
nitenti corde flagitaverit. Tu il-
lum à desperationis barathro piâ
manu retrahis, spei medicamen a-
spiras, foves, nec deseris, quousq;
horrendo judici miserum recon-
cilies:

cilies: sed nec esse auditum à sæcu-
lo, quemquam in te sperasse, ad te
confugisse, te ex corde invocasse:
& confusum, repulsum, vel non
exauditum esse: & hoc unicum à
te de me spero, intensissimoq; af-
fectu, ac totâ cordis contentione
exopto, ut esse possim unigeniti
tui & tuus in omni tempore & æ-
ternitate:

*Omniunq; Clientum et servorum
tuorum*

Clientus & servus minimus

Laurentius à Dript.